

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9391

Auteur(s) : Raoul, fils de Juhel le Porc [particulier]

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1112-1202]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Raoul fils de Juhel Le Porc donne à l'abbaye de Savigny une terre sise à Ernée.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

C. Caen, Musée des Beaux-Arts, coll. Mancel, 302, I, n° LXII, p. 71-72 et VII, n° LXII, p. 39-40. Copie du XXe siècle

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Cenomanensi, n° LXII)

Texte d'après C

Radulfus filius Juhelli Porci fidelibus universis salutem. Precedentium sollers juvente (sic) diligentia rerum gestarum seriem litterarum monimentis tradere quo videlicet memorie imbellicitate succureret et futuras in posterum excluderet questiones. Proinde noverit universitas fidelium quod ego Radulfus filius Juhelli Porci pro salute mea et patris et matris mee fratrum quoque ac sororum meorum et pro salute omnium antecessorum ac successorum dedi et concessi ecclesie et monachis Savigneii in perpetuam elemosinam liberam penitus et quietam et ab omni servitio et consuetudine et exactione seculari penitus alienam quatuordecim oscas terre in exitu castelli Erneie constitutas in quibus si quis aliquo modo contra monachos calumpniam moverit ego per omnia predictis monachis oscas prenominate contra omnes liberas efficiam. Concesserunt tamen michi monachi sicut rationis ordo poscebat quod homines in predicta terra sub eorum dominio consistentes ad moltam molendini mei quandiu legale atque conveniens fueri ibunt et quandiu monachi molendinum in vicina positum ad quod ire convenienter valeant non habebunt, quotiens tamen aliquis eorum aliud molendinum divertisse fuerit accusatus super hoc in curia abbatis Savigneii et non alibi respondebit et emendationem que exinde pervenit vel etiam moltam ipsam si restitutioni adjudata fuerit, hanc abbas Savigneii habebit si autem ut predictum est abbas Savigneii molendinum e vicino habuerit prefate terre homines illud omnibus aliis molendinis omissis absque omni reclamazione ex integro frequentabunt. Hanc autem donationem et concesserunt fratres mei Juhellus, Willelmus et Rorgo. Testibus his Johanne et Ricardo monachis, Hugone de Montegerulfi et Willelmo filio ejus, Hugone de Lore, Petro Anglico, Roberto Gislaut, Radulfo de Sancto Salvatore et aliis pluribus.